

126

## Questio cxi

tur illi mittuntur in ministerium sed hoc solum in  
superiores faciunt utpote sua virtute immediate  
circa ipsam aliquid operantes. quia cum hoc ha-  
beat ordo divine prouidentie q̄ in toto vniuers-  
so inferiora gubernentur & administrentur per  
superiora quodam ordine non possent superio-  
res angeli immediate administrare creaturam  
corporalem nisi pretermitteretur ordo inferio-  
rum angelorum ad superiores & ad corpora. sed  
hoc nūc fit cum ordo angelicus sit ordo gratie  
non habet superiorem propter quē dimitti deles-  
at. sicut p̄tmittit ordo nature interdum pro-  
pter ordinem gratie. neq; etiam hoc esset ad co-  
firmationem fidei cum hoc a nobis percipi non  
posset igitur.

**tercius articulus** Angeli qui  
assistunt teo q̄rum ad visionem diuine essentie  
sed non q̄rum ad secreta diuinorum misteriorum.  
Probatur sic. Quicunq; angeli immadia-  
te deum audiunt illi teo assistunt. quicunq; vero  
deum non immediate audiunt sed per alios eius  
precepta percipiunt ut exequātur illi teo mini-  
strant & non assistunt. Sed q̄rum ad visionem  
diuine essentie & eorum que in ea vident omnes  
angeli immediate vident & audiunt deum. q̄rum  
vero ad rationes secretorum diuinorum misteri-  
orum solum superiores angeli immideate audiunt

